



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 10. Temerariè iudicantes Dei Summi iudicis iurisdictionem inuadere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

visse ( quo pacto homines creberrimè iudicant ) illum, quantum in se est, non ad catenas, aut canes alterum, sed ad longè atrociora supplicia , nempe ad æternum carcerem, & æternos ignes damnare. Quid enim aliud facit, qui alterum iudicat lethale peccatum commisso, quam ut iudicet , eum æternis supplicijs dignum esse? & non ad Caucasum, sed ad rogum damnandum esse, caminumque ignis , qui numquam extinguetur ?

§. X.

*Temerarie indicantes Dei summi Iudicis iurisdictionem inuadere.*

Quod iudicium cùm ad solum Dei tribunal pertineat, cuius est scrutari corda & renes, & illuminare abscondita tenebrarum; consequens est, ut Dei iudicium usurpet, qui de corde, seu voluntate, & occultis alterius iudicat. Sicut ergo magnam Iudici sacerdotali, aut Ecclesiastico iniuriam irrogaret, qui, eo de tribunal suo deiecto, se ipsum, per vim ingereret, atque sedens in illo iudicaret; ita in vniuersalem viuorum & mortuorum Iudicem Christum iniurius est, qui fratrem, aut proximum suum iudicat gehenna dignum. Prima iusti iudicis conditio est, *Auctoritas q.4,a.6,* *Sot.lib.3, a. 6.*

thoritas legitima; qualem habent iudices ordinarij, aut delegati, aut etiam arbitri (iure gentium) quibus se, & quorum iudicio non nulli vltro subijciunt. Qui sine eiuscmodi potestate alterū iudicat, inuasor est, tyran-

Rom. 14.

nus est. Hinc illud ei dicitur: *Tu quis es, qui*

4.

*Iac. 4. 12.* *iudicas alienum seruum?* Et istud: *Vnus est legis later & iudex, qui potest perdere, & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?* Qua-

Iob. 53. 8. nam ista impudentia est, ut faciem Dei acci-

Iacob. 4. pias, & pro eo iudicare nitaris? Et iterum Ia-

cobus:

*Qui indicat fratrem, indicat legem.* Legis enim sibi partes usurpat, cuius iudicio suum iudicium anteponit, cum velit alterū, non secundū legem, sed secundū suum iudicium, immò somnium iudicari. Si autem iudicas legem, ait, *non iam legis factor es,*

S. August. *sed index.* Denique noluit Deus hominem ab

hom. 50. *homine iudicari, ex arbitrio suspicioneis, vel eti-*

*am extraordinario usurpato iudicio; sed potius*

*ex lege Dei, secundū ordinem Ecclesie, sine*

*vltro confessum, siue accusatum atque coniu-*

*ctum.*

### §. XI.

*Quas ob causas Deus prohibuerit iudiciale-*

*meraria?*

*Causæ, cur hoc iudicium vetuerit Deus,*

*sunt*